

*Pastor ab Amphrhyso: vos sylvæ amnēsque Lycæi.
Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes.
Omnia jam vulgata.*

*Æneid. 2. ——— Pereunt Hypanisq; Damásq;
Confixi à sociis: nec te tua plurima Panthæ,
Labentem pietas, nec Apollinis insula texit.*

*Æneid. 3. Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat & auro
Vi potitur: Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?*

*Æneid. 6. Ne pueri, ne tanta animis adsuescite bella,
Heu patria validas in viscera vertite vires.*

Ibid. Scipiades duros bello, & te maxime Cæsar.

*Ibid. Quis te magne Cæto tacitum, aut te Cossæ, relinquat?
Quis Græchi genus, aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Lybiæ: porvóq; potenteu
Fabritium: vel te fulco Serrane serentem.*

*Quò fessum rapitis Fabii? tu Maximus ille es,
Unus qui nobis cunctando restituit rem!*

*Ovid. 1. Pastor. Iane biceps anni tacitè libentis origo
Dexter ades.*

*Ibid. Diiq; petitorum, dixit, salvete locorum,
Túq; novos cælo terra datura Deos.*

*Terent. Demipho te nunc appello, nam me cum isthoc ta-
det loqui. Exempla insignia hujus figura extant in fabula Py-
rami & Thysbes, ubi sermo nunc ad parietem, nunc ad feram,
nunc ad parentes, nunc ad arborem convertitur.*

CAPUT XXX.

I. PROSOPOPOEIA

est, quâ alienam personam veluti ora-
tione nostrâ loquentem fingimus. *La-
tinè dicitur Personæ fictio.*

(Προσωποποιία dicitur à πρόσωπον persona & ποίησις
effectio quasi dicas persona effectio sive fictio. Vnde Cicero. 3. de
orat.